



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli  
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergæ, 1561**

**VD16 M 2618**

Sed dicet aliquis, quomodo surgunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36296**

I. EPISTOLA AD

τι Καὶ ἡμῶν καὶ συνένομοι.

**A**rgumentum de resurrectione sumptum à præsentibus ærumnis. Si non restaret alia uita, non esset discrimen inter iustos & iniustos, & iusti stultè sustinerent in hac uita tantos labores & tantas æumnas. Sustinent autem certa spe futuræ tranquillitatis. Igitur Ecclesia uerè sentiret stare aliam uitam. Inserit autem admonitionem, ut uident prava colloquia, & uetus est memoria dignus:

Φθείρεσιν οὐκ εἰδεῖς οὐδὲ μιλίου κακού.  
Et apud Aeschylum dicitur: οὐδὲπ κακού  
κακῆς οὐδίας.

ἀλλ᾽ ἐρεῖ τις πῶς ἐγείρονται νεκροί

*Sed dicet aliquis, quomodo  
do surgunt.*

**V**OICI diuinæ credendum est, etiam si non scimus, quomodo effecturus sit Deus ea, quæ promittit, aut prædictis facturum esse, sicut Moysen credere oportuit petram percussam effusuram esse magna flumina aquarum. Sed humana diffidentia interrogare solet de Modo, quo Deus sua miracula effecturus est. Reputat autem hic interrogantes, opponens familiare exemplum in natura: Cum non

scias, quomodo ex grano mortuo exori-  
antur culmus, & multæ spicæ, & grana, cur  
queris modum resurrectionis? Simul au-  
tem significat, ex paruis puluisculis reli-  
ctis, tamen totum corpus rursus aedificari,  
sicut ex nucleo ingens arbor oritur.

*Est corpus animale.*

Corpus ψυχικὸν significat uiuens ui-  
ta, quæ alitur cibo & potu, & habet  
actiones omnium potentiarum, etiam nu-  
tritiuæ. Forma loquendi ex Genesi sum-  
pta est, Factus est Adam in animam uiuen-  
tem, hac uidelicet uita, quæ habet functi-  
ones omnium potentiarum animæ, etiam  
nutritiuæ. Tale corpus nominat & χοϊ-  
κόν, quasi dicas, testaceum, à χάρῃ quod  
ollam significabat, quia adhuc terrestrem  
& mutabilem naturam habet. Aliud au-  
tem corpus, quale erit post resurrectio-  
nem, nominat spirituale, non quod prior  
materia non restituatur, seu quod sit re-  
ducta in nihilum, sed quod restituta uiuat  
iam uita spirituali, id est, non functionibus  
potentiae nutritiuæ, nec sit mutabilis, &  
mortalis sicut testacea, sed sit perfusa Spí-  
ritu, & alio modo uiuat quam antea, sit lu-  
cida, pura, non mutabilis, non mortal is,

R 5 habens